LE GOUVERNEMENT
DU GRAND-DUCHÉ DE LUXEMBOURG
Ministère de l'Éducation nationale,
de l'Enfance et de la Jeunesse

EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES
Sessions 2022

DISCIPLINE	SECTION(S)	ÉPREUVE ÉCRITE	
Latin	CA / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CI	*Date de l'épreuve :*	23.09.22
		Durée de l'épreuve :	08:15 - 10:25
		Numéro du candidat :	

1.1. Texte connu : extrait obligatoire (15 points)

Petis ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis. Gratias ago ; nam video morti ejus, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam. Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu quasi semper victurus occiderit, quamvis ipse plurima opera et mansura condiderit, multum tamen perpetuitati ejus scriptorum tuorum aeternitas addet.

Pline le Jeune, *Lettres*, VI, 16 (56 mots)

1.2. Texte connu : extrait au choix (15 points)

Extrait a : Pline (suite de l'extrait obligatoire)

Equidem beatos puto quibus deorum munere datum est aut facere scribenda aut scribere legenda, beatissimos vero quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus et suis libris et tuis erit. Quo libentius suscipio, deposco etiam quod injungis.

Erat Miseni classemque imperio praesens regebat. Nonum kal. Septembres hora fere septima mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine et specie.

(59 mots)

Extrait b : Sénèque

Quid tibi vitandum praecipue existimem quaeris : turbam. Nondum illi tuto committeris. Ego certe confitebor imbecillitatem meam: numquam mores quos extuli refero. Aliquid ex eo quod composui turbatur ; aliquid ex his quae fugavi redit. Quod aegris evenit, quos longa imbecillitas usque eo adfecit ut nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur.

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, I, 7 (56 mots)

2. Texte inconnu (30 points)

La vie est courte, le temps passe vite.

Quid agam ? Mors me sequitur, fugit vita. Adversus haec me doce aliquid : effice ut ego mortem non fugiam, vita me non effugiat. Exhortare[1] adversus difficilia, adde aequanimitatem[2] adversus inevitabilia° : angustias[3] temporis mei laxa[4]. Doce non esse positum bonum vitae in spatio[5] ejus, sed in usu, posse fieri, immo saepissime fieri, ut qui diu vixit, parum vixerit. Dic mihi dormituro[6] : « Potes non expergisci[7] » ; dic experrecto : « Potes non dormire amplius[8]. » Dic exeunti : « Potes non reverti » ; dic redeunti : « potes non exire ». Erras, si in navigatione° tantum existimas minimum esse, quo a morte vita diducitur : in omni loco aeque tenue[9] intervallum° est. Non ubique se mors tam prope ostendit : ubique tam prope est.

(109 mots)

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, XLIX, 9-11 (*passim*)

[1] exhortare : impératif sg. du verbe *exhortari*
[2] aequanimitas, atis, f. : l'égalité d'âme, la longanimité
[3] angustiae, arum, f. pl. : l'espace étroit, les limites étroites
[4] laxo, as, are : étendre, élargir
[5] spatium, i, n. : l'espace, la durée
[6] dormio, is, ire : dormir
[7] expergiscor, eris, expergisci, experrectus sum : se réveiller
[8] amplius = davantage
[9] tenuis, e : mince, petit